

## De usu dativi atque praepositionum in structura verborum compositorum, quae apud Ciceronem leguntur.

Scriptis

Adolf Augustin, Dr. phil.

~~~~~

Verba composita variis saeculis a scriptoribus Romanis varia ratione, modo simplici casu cum verbo conjuncto, modo praepositione iterata usurpata sunt. Omnino enim cognosci potest, a vettimis temporibus usque ad Ciceronis aetatem verba substantiva praepositione adjuncta in verborum compositorum structura multo saepius usurpata esse quam casum absolutum. Imperatorum temporibus demum dativus liberius cum verbis compositis conjungitur. Nam quo magis Romanorum lingua excolebatur, eo rarius praepositiones a verbis dividi, sed semper fere cum iis arctissime coalescere coeperunt, quod eo facilius fieri potuit, quum praepositiones non certas notiones, sed rationes vel relationes tantum indicent. Accuratus igitur perquirere operae pretium esse videtur, quo modo atque qua ratione singuli cujusque aetatis scriptores, a Plauti tempore usque ad Hadriani imperatoris aetatem, verba composita adhibuerint. Nam tali scriptorum perscrutatione ducimur non solum ad cognoscendam linguae naturam, verum etiam demum ad plenam totius linguae historiam. Sed tota haec quaestio non parvi est operis; itaque paulatim tantum ad finem perducere potest. Ac primum quidem mihi de dativi atque praepositionum usu in structura verborum compositorum, quae apud Ciceronem leguntur, scribere in animo fuit.

Grammatici plerumque de verborum compositorum structura praeceperunt, ut ad verba cum „ad, ante, cum, in, inter, ob, post, prae, sub, super“ praepositionibus composita nomen substantivum, ad quod actio verbi spectaret, cum eadem aut simplici praepositione poni soleret, si locus enucleate significaretur; si autem non locus, sed omnino relatio, cui quid utilitati aut detrimento fieret, exprimeretur, dativus cum illis verbis conjungendus esset. Sed haec praecepta quadrant neque ad omnia verba, neque ad usum omnium autorum. Melioribus enim linguae latinae temporibus verba composita certis praeceptis usurpata reperimus, quae quidem non insunt in praepositionibus, sed in dativi vi et in ea, quae ex compositione proficiscitur verbi significatione. Ea vero praecepta a Cicerone non neglecta esse, ex accurata omnium ejus scriptorum perscrutatione cognoscimus.

Cur autem verba composita cum nudo dativo conjuncta apud Ciceronem non tam multa apud scriptores serioris aetatis reperiantur, causa est, quod illo tempore verbum compositum nondum prorsus, quasi novum tertium verbum, novam significationem acceperat, sed duae verbi compositi partes, verbum simplex et praepositio, ita separatae erant in animo dicentis vel scribentis, ut utraque pars pro sua quaeque significatione constructionem mutare valeret. Posteriore autem tempore contrarium factum esse, quum praepositionibus vis et notio verborum simplicium immutaretur, jam supra commemoravi.

Dativi vero primaria ac propria vis haec est, ut significetur finis, substantia, sive persona, sive res, quo actio verbi refertur. Neque vero dativus locum significat; nam hanc significationem recipit tantum verbo, quocum conjunctus est. Dativus igitur primum ponitur ad simplex verbum „esse“, quo finis aliquis significetur, ut „res mihi est“, „res est utilitati“. Deinde ad talia verba et simplicia et composita, in quorum significatione finis indicetur atque accuratius definiatur. Talia autem verba sunt ea, quae significant „facere, ut alicui aliquid sit“, aut quae accedunt ad notionem jungendi vel cohaerendi; aut verba relativa, quae intelligi non possunt, nisi dativus, in quo actionis finis positus est, iis apponitur. Huc quoque pertinent verba, quorum actio in alicujus commodum aut incommodum fiat. Tum adjungitur dativus verbis compositis, quae vim comparandi habent. Universa autem dativi vis, substantiam significans, in qua finis actionis positus est, ex omnibus his verbis cognoscitur, quamvis varia sit eorum cum praepositionibus compositio.

In omnibus autem verbis compositis inest localis significatio, quam verba praepositione, quaecum composita sunt, accipiunt. Quam localem relationem non semper servari, sed vim et notionem verborum simplicium ita immutari praepositionibus, ut rationes, quae in casibus universae insint, accuratius indicentur, jam supra vidimus. Sed ubicunque illa primaria vis, quae est localis, tenetur et enucleate significatur, tum apud Ciceronem praepositiones in verborum compositorum structura semper iteratae sunt. Ut autem omnino veterrimis temporibus Romani dativum pro praepositione cum casu ad localem relationem significandam nondum adhibere solebant, sic etiam Cicero multo saepius praepositiones tum usurpavit, quum localis sensus vere non adest, sed figurate dicitur. Norma igitur structurae eligendae semper sumenda est e significatione, quam verbum compositum accepit. Ubi vero verbum duplicem structuram admittit, subtile quoddam discrimen dicendi cognoscitur. Saepe enim praepositiones iteratae sunt, quod dativus non satis accurate sententiam reddere videbatur. Simile quoddam reperimus in adhibendis praepositionibus „in, erga, contra“, quibus genitivus accuratius describitur.

### I. De verbis cum praepositione „ad“ compositis.

Verba cum praepositione »ad« composita ipsa praepositione »ad« relationem accipiunt, quae spectat ad verbum »adesse«, »alicui esse«. Significatio verbi compositione accuratius describitur. Omnino autem praepositio »ad« proprie et tralate directionem ad aliquid significat. Reperiuntur autem apud Ciceronem haec verba composita:

Accedere. Nonnullis locis legitur et accedere et accidere, quae mutatio facile fieri potuit non magno discrimine, quum cadere et cedere motum sive finem significent, qui compositione enucleate definitur.

A. Accedere cum dativo: De orat. 1,60: quo plus sibi aetatis accederet. Brut. 33: manus extrema non accessit operibus. Pro Quinct. or. 1: illud nobis accedit in commodum. In Verr. 1,2: perniciosi potest accedere fortunis. Pro Cluent. 4: huic autem nihil possit offensionis accedere. Phil. 1,15: aliquis non tam mihi quam vobis rei publicae accesserit. Ep. ad Quint. fr. 1,1: Annum tectium accessisse desiderio nostro et labori tuo. Pro Cael. 30: paullum jam roboris accessisset aetati.

B. Accedere cum praepositione: De inv. 3: accedere ad privatas causas; ib. ad parvas controversias; ad gubernacula. 1,23: ad primam partem a. 2,2: ad ejus vicia a. 2,5: ad facinus a. 2,13: ad maleficium a. 2,14: accedunt ad conjecturam saepe quaestiones. 2,44: ad voluntatem a. 2,51: ad legem a. De orat. 1,51: ad veritatem vitae a. 1,56: ad Crassum a. 2,89: ad hoc genus sermonis. 3,23: accedere ad artes. 3,45: ad brumale signum. Brut. 24: domesticus labor accedit

ad forensem. 27: ad tribunatum a. Orat. 31: ad genus a. Top. 21: accedere ad rempublicam. Orat. partit 36: accedere ad consuetudinem. Pro dom. 1: ad causam caritatis a. 44: ad porticum. In Caecil. div. 3: ad caussam a. 21: ad defensionem a. In Verr. 1,12: ad magistratus remquepublicam accessit. 1,56: ad id negotium. 2,28; ad caussam. 3,16: ad decumas. 3,38: ad vectigalia. 5,37: ad aestiva praetoris a. Pro Cluent. 34: ad jus accusationis. 60: quum ad caussam novum crimen accederet. Catil. 2,6: partem subselliorum, ad quam ille accesserat. Pro Flacc. 21: ad singulos testes. 42; ad honores. Pro Sulla 21: ad facinus. Pro Arch. 7: quum ad naturam accesserit ratio quaedam doctrinae. Pro Sext. 31: accessit ad caussam publicam. Pro Sext. 10: si ad nudum corpus accesserit. Pro Scauro 2,22: ad crimen a. Pro Balbo 10: ad pericula. In Pison. 27: ad ludos. Pro Lig. 12: ad deos. Phil. 2,26: ad illud scelus. 2,34: ad sellam. 6,6: boni aliquid accessit ad caussam. 13,8: ad urbem. 14,14: ad castra. Ep. ad fam. 9,14: tantum accessit ad amorem. 12,27: ad proximos. 12,29: ad haec officia accedit consuetudo. 14,8: ad miserias accessit dolor. 5,13: ad studia. 15,21: ad amorem nihil poterat a. 16,11: ad urbem accessi. Ep. ad Quint. 1,1,10: ad laborem accessit. 1,1,16: ad tuam prudentiam tantus usus accesserit. 3,1,5: ad urbem. Ep. ad Attic. 4,18: ad summam laetitiam meam magnus illius adventu cumulus accedet. 8,3: ad patriae moenia a. 8,15: ad conditionem. 11,10: ad meas incredibiles aegritudines aliquid novi accedit. 14,17: tantum accessit ad amorem. Acad. prior. 2,9: ad istum locum. De fin. bon. 2,30: ut nihil ad eorum magnitudinem posset a. 4,10: propius ad ea a. 4,24: ad virtutis summam a nihil potest. 5,2: ad sepulcrum. 5,14: si ad vitam sensus accesserit. Tusc. 1,47: ad jugum. De leg. 1,4: ad majorem caussam. De off. 1,25: ad poenam a.

Accidere. A. Cum dativo: De inv. 1,25: quid ipsi accidat. 1,27: quod accidis omnibus. 1,54: quod nobis hoc primis acciderit 2,21: si quid pupillo accidisset. De orat. 1,52: quod sapienti negant accidere posse. 2,12: quod saepe summis viris accidit. 2,13: optimo cuique accidit. 2,45: Quid tibi, quid ceteris accidat. Brut. 1: illi ipsi acerbitatis aliquid acciderit. ib. 2: nobis ipsis accidit. 46: Theophrasto illud accidisse. 97: si mihi accidisset. Orat. part. 23: si cui quid acciderit. Pro dom. 37: ea, quae accidunt victis. Pro Quint. 1: illud nobis [accedit] accidit in commodum. 24: ne quid mihi accideret. Pro Rosc. 6: quid calamitatis sibi accideret. In Verr. 1,15: quid illi accidere voluerint. 1,27: id illi accidisse. 2,28: hoc illi improvisum accidit. 2,54: quid cuique accidisset. Pro Mur. 8: mihi ipsi accidit. Pro Plane. 24: aculei mihi non ingrati acciderunt. In Vatin. 3: quid praestantius mihi potuit accidere. In Pison. 18,39: quod accidere nemini potest. Ep. ad fam. 3,1: tibi accidisse gratissima. 3,8: me ita vidisse accidere multis. 5,16: nihil accidisse novi nobis. 5,21: homini accidere nihil posse. 6,2: quod accidat universis. 12,23: quae homini accidere possunt. Ep. ad Quint., 1,1,11: quid sociis accidat. 2,8: hoc nemini accidisse. Ep. ad Attic. 15,1: quod homini accidere possit. In Verr. 1,2: pernicies potest accidere fortunis. Ep. ad fam. 13,7: singulares huic municipio calamitates accidisse. De off. 3,5: quae possunt aut corpori accidere aut rebus externis.

B. Accidere cum praepositione: De orat. 2,49: nihil ad dolorem acerbius accidere posse. Ep. ad Att. 1,14: ad pedes accidere. Verr. 2,4,1: quod ad oculos animumque acciderit.

Accommodare. A. Cum dativo. De orat. 1,12: oratio sensibus ac mentibus accommodata Brut. 30: populari assensionis accommodatum. Orat. 54: numeri cuiusque orationis generi accommodantur. Orat. part. 28: quae iudiciis accommodata. De leg. agr. 2,6: legem vobis accommodatam. Pro Flacco 14: ratio, quae fuit accommodata Sullae descriptioni. Pro Arch. 2: veniam accommodatam huic reo. Ep. ad fam. 13,2: ut ei de habitatione accommodes. De fin. bon. 5,9: Quod naturae est accommodatum. De nat. deor. 1,37: naturae accommodatum. Cato maj. 19: reliqua tempora demetendis fructibus et percipiendis accommodata sunt.

B. Cum praepositione: De inv. 1,10: constitutio ad caussam accommodatur. 1,11: quum ar-

gumentandi ratio ad exemplum causae poterit accommodari. 1,21: res ad naturam accommodabitur. 2,8: ad rationem a. 1,34: ad utilitates accommodatae sunt commutationes. 1,48: ad id accommodabitur. 1,55: si ad equum, domum, vestem, sermonem alicujus accommodes. 2,51: ad fines a. De or. 2,61: ad caput a. 3,10: ad ejusque naturam institutio doctoris accommodatur. Brut. 55: ad imbecillitatem a. Orat. 7: ad vim. 8: se ad arbitrium. 61: ad plures res accommodari. Orat. part. 4: rationem ad finem a. 15: ad animos. Pro Rosc. 35: ad ejus testimonium vestrum jusjurandum accommodetis. Pro Rosc. Com. 8: formulae, ad quas privata lis accommodatur. In Verr. 1,18: testes ad crimen. 3,24: ad Verris flagitia accommodatus 3,75: nihil ad tempus accommodatum. Pro leg. Man. 20: ad novos casus a. rationes. De leg. agrar. 3,4: ad vim, ad facinus, ad caedem accommodatus est. Ep. ad fam. 13,67: ad vitae rationem accommodatum. De pet. consul. 14: esse unum hominem accommodatum ad tantam varietatem. Tusc. 3,33: ad tempus, ad controversiae naturam, ad personam a. 5,37: ad omnem rationem Teueri vox accommodari potest. De leg. 2,25: gaudeo nostra jura ad naturam accommodari. 3,2: a leges ad civitatis statum. De nat. deor. 1,15: a. ad ea. De off. 1,21: qui se ad magnas res gerendas accommodaverunt. »In« praepositio adjuncta est: De inv. 1,18: exordium vulgare in plures causas potest accommodari. 2,14: pars est in plerisque causis accommodata.

Accurrere. In Verr. 5,3: ad praetorem a. Ep. ad fam. 9,4: accurremus ad te. Ep. ad Att. 15,3: accures in Tusculum.

Addere. A. Cum dativo: Off. 1,42: adde his unguentarios. Ep. ad Quint. 1,1: unus annus additus labori tuo. De orat. 2,2: addidit historiae majorem sonum vocis. B. Cum praepositione: In Verr. 3,7: quasdam res ut ad legem adderent. 3,19: partem praediae ad summam addere. 3,50: ad fructus corollarium addere. 3,97: ad impudentiam addere. Pro Cluent. 12: nihil addere ad hanc improbitatem. Ep. ad fam. 1,7: plus additum ad memoriam nominis. 15,20: ad amorem aliquantum addere.

Adesse. A. Cum dativo: De invent. 1,49: se amico adesse propter benevolentiam. Brut. 27: judicia, quibus aderat Carbo. Pro Quint. 1: tibi adsunt. Pro Sull. 2: quos vides huic adesse. ib. quis adfuit Varguntejo? 4: qui Autronio non ad fuerunt. ib. ne adessent ceteris. Pro Planc. 8 plebs, quae cuncta comitiis adfuit. Phil. 2,30: omnibus adfuit his pugnis Dolabella. Ep. ad fam. 12,29: illi senatus consulto me affuisse. 15,6: quod scribendo adfuisti.

B. Cum praepositione: In Caecil. div. 8: ad iudicium adesse. Pro Rosc. 1: adesse in hac causa. Verr. 2,1: ad iudicium a. Div. 1,27: adesse ad portam. Pro Quint. 25: adesse in consilio.

Addicere: Pro dom. 41: cui meas aedes addiceret. Ant. iret. in exs. 7: supplicio addici. In Verr. 1,52: mihi bona addicat. 3,36: quas quum addixisset eidem illi Docimo 3,63: iis addicere. Pro Caecin. 6: fundus addicitur Aebutio. Phil. 11,7: gladiatorio generi addictus. Ep. ad Attic. 9,9: omnia jam addicta vastitati videntur. De off. 3,10: qui morti addictus esset. De inv. 2,2: sese uni alicui certo addicere.

Adducere: A. Cum dativo: Pro Quinct. 6: qui pueros venales isti adducebat. B. Cum praepositionibus. a. Cum 'ad' praepositione: De orat. 2,44: ad motus adduci. 2,45: ad misericordiam adducere. Brut. 18: ad veritatem a. 22: ad dicendi tempus a. 93: ad fletum a. Ep. ad Brut. 2,8: ad servitutum a. Pro Rosc. 31: ad tantum facinus te adduxerit. In Verr. 1,30: adductus ad supplicium. Pro Sext. 3: ad eum filiam adduxit. In Pison. 32: adductus ad causam. Pro Mil. 2: ad rem publicam a. Ep. ad fam. 2,3: te ad meam sententiam adducam. 15,4: ad oppidum exercitum a. 12,23: legiones ad urbem a. Ep. ad Quint. fr. 3,8: ad interregnum comitia adducta. Ep. ad Att. 7,9: rem adduci ad interregnum. 9,10: copias ad urbem a. De off. 3,19: adducta res ad iudicium est.

b. Cum 'in' praepositione: De inv. 1,16: adversarios in odium adducere. 2,10: nisi animus in eam suspicionem adducatur. Post. red. 7: in cogitationem a. Pro Quint. 5: in summas angustias adductus. Ep. ad fam. 6,13: quae tuam salutem in discrimen adduxit. 14,1: te in eundem fletum adducam. De petit. cons. 6: in opinionem a. Ep. ad Attic. 3,19: in spem adducere. De fin. bon. 2,4: voluptatem in virtutum concilium a. Ep. ad Att. 5,13: ostentationes in discrimen esse adductas.

Adhaerescere. A. cum dativo: De or. 1,61: quam quae prava sunt fastidiis adhaerescere. Off. 1,25: justitiae honestatique adhaeresceret. B. cum praepositione: De orat. 3,10: ad id genus adhaerescere. Pro Sext. 8: ad columnam adh. Acad. pro 2,3: ad eam [disciplinam] tanquam ad saxum adhaerescunt. Pro Scaur. 2,49: in horum animis adhaerescere. Brut. 93: in celeritate et continuatione verborum adhaerescens.

Adhaerere. Vat. 13: tela in tuis visceribus adhaerebunt.

Adhibere. A. cum dativo: De orat. 1,32: quae maxime propria essent naturae, tamen his ipsis artem adhiberi videram. 2,35: ut his rebus adhibeat memoriam. 2,44: aegro adhibere medicinam 3,13: lumen rebus adhibere. Brut. 56: alteri se calcaria adhibere. 96: consolationem alicui adhibere. Orat. 48: barbaris casibus Graecam literam adhibere. Ep. ad Brut. 2,8: remedia, quae vulneribus adhibentur. In Verr. 3,14: vim adhibeat pactioni. De leg. agrar. 2,18: adhibebunt manus vectigalibus vestris. Pro Sext. 65: quum sanae parti corporis scalpellum adhibetur. B. cum praepositione: De orat. 3,38: adhibere ad ornamentum. Brut. 41: adh. ad disciplinas. 1,66: curam ad caussas. 88: ad caussas adhiberi. Orat. 5: ad res adhibere ornamenta. 56: pedem ad numeros. Orat. part. 4: ad finem et ad motum oratio adhibenda est. De opt. gen. or. 4: ad causas adh. Ep. ad fam. 6,1: ut adhibeas in concilium cogitationum tuarum desperationem. Top. 23: in illud genus adhibentur. Ep. ad Att. 12,4: quam [prudenciam] ad omnes res adhibes.

Adhinnire. In Pis. 28: ad illius hanc orationem adhinnivit.

Adire. Brut. 90: ad caussas adire. Pro leg. Man. 24: qui ad rem publicam adeunt. Pro Sect. 40: addiit Annius ad caussam reipublicae. Ep. ad fam. 4,16: qui ad nos adeunt.

Adjicere. A. cum dativo: Verr. 2,15: oculum hereditati adjicere. B. cum praepositione: De off. 1,32: ad eam laudem gloriam adjecit. De l. agr. 2,10: cum ad omnia vestra pauci homines cupiditatis oculos adjecissent.

Adjungere. A. cum dativo: De inv. rhet. 1,36: adj. approbationem propositioni: ib. a. approbationem assumptioni. 2,12: quid adjunctum sit negotio. 2,14: pars argumentorum est adjuncta ei caussae. De or. 1,17: scientiam quam adjungis oratori ib. 1,42: hisce rebus exempla adjungerem 1,55: juris scientiam eloquentiae tanquam ancillulam pedisequamque adjunxisti. 2,16: partem quaestionum oratori adjungere. 3,53 huic adjuncta illusio. Orat. 52: verbis solutis numeros adj. ib. paria paribus a. Pro Quint. 3: socium tibi adj. Pro leg. Man. 16: fuit quibusdam summis viris quaedam divinitus adjuncta fortuna. De leg. agr. 2,31: adjunxit Stellatem campum agro Campano. In Catil. 3,2: comitem iis adjunctum T. Vulturcium. 4,4: adjungit gravem poenam municipibus. Pro Arch. 9: magnus honos populi Romani rebus adjungitur. Pro Sext. 61: regiones adjunctas huic imperio notavit. In Pison. 32: socium sibi Caesarem adjunxit. Ep. ad fam. 2,6: mihi vero tantum decoris adjunxeris. 5,7: sie te studia mihi adjunxerint. 13,51: tua amicitia dignum tibi adjunxeris. 15,15: moram huic bello adjunctum iri. De pet. cons. 1: ut. nobis Pompejum adjungeremus. 7: alicui tuorum sit adjunctus. Ep. ad Att. 1,14: hic dies me Crasso adjunxit. 4,16: adjungeretur huic operi. 13,14: te ei adjunctum esse tertium. Acad. post. 1,5: quae non tam naturae, quam beatae vitae adjuncta sunt. De fin. bon. 4,4: quodque est definitioni adjunctum. Tusc. disp. 5,30: indolentiam honestati adjunxit. De re publ. 2,18: montem urbi adjunxit. De

leg. 2,21: pietati esse adjunctum. De nat. deor. 2,19: alterum hiemi senescenti adjunctum est, alterum aestati. De divin. 1,21: hisque adjungatur etiam Aeneae somnium. 1,25: adjungamus philosophis doctissimum hominem. De offic. 1,4: huic cupiditati adjuncta est appetitio. 3,8: turpitudinem adjunctam ei rei. De leg. agr. 1,2: Hos populo R. adjunxit. B. cum praepositione: De inv. 1,30: ut ad inventionem argumenti absolutio quoque argumentandi adjungeretur. 1,36: id, ad quod adjungitur. 2,10: ad caussam a. 2,17: ad id adj. De orat. 1,4:, 1,17: ad aliquid adj. De orat. 3,21: ad rationem adj. Brut. 75: ad elegantiam adj. ornamenta. Orat. 56: ad verbum adj. syllabam. Top. 4: adj. ad parietatem. Orat. part. 6: ad nomen adjuncta. Ep. ad Brut. 2,8: ad imperium adjunctae provinciae. Pro Rosc. 31: ad praedam adj. In Cael. div. 7: ut aliquis metus adjunctus sit ad gratiam. In Verr. 3,5: ad commoda adj. 3,6: ad rempublicam. Pro Caec. 17: ad verbum adjungere rem. De leg. agr. 1,2: ager ad vectigalia adjunctus est. 2,5: ad suos coetus occultos noctem adj. Pro Flacco: 17: ad testimonium crimen adj. Pro Sect. 34: ut ad senatus auctoritatem populi R. beneficium adjungeretur. Phil. 5,16: ad neminem se adjunxit. Ep. ad fam. 1,8: me ad ejus rationes adjungo. 1,9: ad caussam adj. 15,4: cum ad res bellicas haec genera virtutis adjunxeris. Ep. ad Quint. fr. 1,1,13: ad summum imperium etiam acerbitatem naturae adj. De petit. cons. 7: ad amicitiam adj. Ep. ad Att. 3,25: ut ad nostram caussam adjungerent. Acad. pr. 2,2: ad illustres laudes minus notas adjungimus. 2,45: qui ad honestatem prima naturae commoda adjungerent. De fin. bon. 2,6: adjunxit ad honestatem voluptatem. 2,13: qui ad virtutem adjungunt voluptatem. 4,16: adj. ad finum bonorum. 4,18: ad honestatem. De nat. deor. 2,56: ad hanc providentiam multa adjungi possunt. De divin. 2,25: quum ad praedictionem cautio adjungitur. Off. 3,3: hanc partem ad exquirendum officium adjunxit. Timaeus 12: singulos adjunxit ad singula. Ep. ad fam. 13,11: bonos viros ad tuam necessitudinem adjunxeris. De off. 2,5: animos hominum ad usus suos adjungere.

**Admiscere.** A. cum dativo. De orat. 2,49: adm. huic generi orationis genus alterum. Tusc. 2,11: versus ab his admisceri orationi. B. cum praepositione: Phil. 12,7: ad id consilium admiscer.

**Admittere.** In Caecil. div. 16: ad capsas admittere. De leg. 2,7: quid in se admittat. Fragm. 4: pro opp. 7: in equestrem ordinem admittant. Phil. 8,10: in cubiculum admittere.

**Admovere.** A. cum dativo: Pro Sext. 3: quot stimulos admoverit homini. De orat. 3,1: quum Philippo quasi quasdam verborum faces admovisset. De leg. agr. 1,4: admovent manus vectigalibus. Brut. 54: orationem sensibus admovere. B. cum praepositione. Tusc. 3,18: fasciculum ad naves admovere. 4,28: curationem ad aliquem admovere. De orat. 2,82: pars orationis admovenda est ad animorum motus. 3,40: ad sensus admovere. De rep. 2,3: ad mare admovere.

**Adnare.** De rep. 2,4: Illa magna commoditas, ut ad eam urbem possit adnare.

**Adpropinquare.** A. cum dativo: Phil. 4,4: illi poena, nobis libertas adpropinquat. B. cum praepositione: De fin. bon. 4,23: qui ad summam aquam appropinquant.

**Adsciscere.** Pro dom. 34: mihi sororem virginem adscisco. 36: mihi adscisco sapientiam. Ep. ad Brutum 1,16: sibi nomen tyranni a. Pro dom. 36: sibi laudem a. Or. 2,59: genus facietarium mendaci unculis adsciscere.

**Adscribere.** A. cum dativo: De inv. 1,49: hoc incommodum scipioni adscribendum videtur. De opt. gen. or. 6: suae nostram adscribat sententiam. Pro dom. 44: nomen emptioni illi adscribere. Pro Cluent. 12: eum tutorem liberis non adscripsit. De leg. agr. 2,9: illum sibi collegam adscriberetis. 2,19: adscribere auctioni agros. Pro Balbo 8: qui hanc poenam foederibus adscribat. Ep. ad Att. 5,20: mihi toties salutem adscribit. Tusc. 5,22: utinam vobis adscriberer. B. cum praepositione: De inv. 1,33: ad legem adscribere. In Verr. 2,45: ad eum numerum tuum nomen

adscripsit. Pro Post. 1: adscribat ad iudicium suam sententiam. De off. 3,10: ut se ad amicitiam tertium adscriberent. Ep. ad fam. 13,30: erat enim adscriptus in id municipium. De harusp. resp. 27: in sedem adscribi.

Adspargere. Or. 26: huic generi orationis adspargentur sales. Pro Caecin. 6: Aebutio sextulam adspargit. Pro Mur. 31: illius comitatem tuae gravitati severitatique adspargere. Vatin. 17: Vatinius Miloni, clarissimo viro laudatione labeculam adspargit.

Adspirare. Brut. 21: adspirare ad aliquem. Orat. 41: ad laudem adspirare. In Caecil. div. 16: ad causam adspirare. In Verr. 1,54: ad pecuniam adsp. Ep. ad fam. 7,10: ad quem ceteri adspirare non possunt.

Adstare. Pro Arch. 10: cum Alexander ad Achillis tumulum adstitisset. Cat. 4,2: adstare in conspectu alicujus.

Directionem infensam exhibet:

Adversari. Orat. 51: adversari Isocrati. De inv. 2,40: ei adversetur. Verr. 2,5,31: adversari libidini. Pro Sull. 18: adversari ornamentis alicujus.

Advolare. Ep. ad Att. 2,19: negotium, ad quod tu advolabis. De nat. deor. 2,49: avis advolans ad aves. Ep. ad Att. 4,4: advola ad nos. Pro Sect. 4: ad urbem advolavit. Ep. ad fam. 5,16: ejus εἰδωλον mihi advolabit ad pectus.

Afferre. A. cum dativo: De inv. 1: bonine an mali plus attulerit hominibus et civitatibus copia dicendi. 2,22: quod nobis non opinio afferat. 2,42: vim sibi afferre. De orat. 1,45: quantum afferat iis honoris. 1,54: quum ei scriptam orationem attulisset. ib. si mihi calceos attulisses. 3,40: lumen a. orationi. Brut. 1: mihi de morte allatum est. 3: delectationem mihi attulerunt. 32: boni aliquid juventuti a. 73: attulit huic populo plus dignitatis. Orat. 34: auctoritatem orationi a. 39: ornatum orationi a. 56: lineamenta orationi a. Orat. part. 2: motum animis a. Pro dom. 33: vim magistratibus a. Pro Marcell. 4: ut tropaeis monumentisque tuis allatura finem sit aetas. Pro Quint. 27: ut Quintio vis ne afferatur. Pro Rosc. 7: inimico nuntium a. Pro Rosc. Com. 7: conjecturam affert hominibus corporis figura. In Verr. 1,18: illi templo manus a. 1,26: ut filiae suae vis afferretur. 1,42: finem addicto afferre. 2,38: quidnam sibi certi afferatur. 4,45: his rebus manus a. 5,25: praedonibus metum a. Pro Caec. 21: vim vitae aut corpori a. Pro leg. Man. 12: lucem a. rei publicae. 13: nemini vis affertur. Pro Mur. 1: ut vobis populoque R. pacem afferat. Pro Sulla 1: res mihi majus odium a. debent. Pro Planc. 8: quid dignitatis hujus petitioni attulerunt? 32: quidquam a. adjumenti dignitati meae. In Vatin. 2: num consuli vim attulerit. Pro Scaur. 2,10: ut illi aniculae non ille vim afferret. 2,32: inimicitiae dolorem utriusque nostrum attulerunt. Pro Cael. 1: magistratibus vim attulerint. In Pison. 27: manus tibi ne afferantur. Pro Mil. 1: quum Africano, domi suae quiescenti vis esset allata. 15: spem salutis bonis omnibus a. 23: salutem rei publicae a. 32: illi teterrimo parricidae aliquid decoris a. Pro Post. 10: Postumo is crimen afferet. Pro Dejot. 2: mihi alacritatem populi R. concursus afferret. 4: tuae res gestae ceterorum laudibus obscuritatem attulerunt. 9: quae crux huic fugitivo potest satis supplivii a. Phil. 2,7: vim afferebam senatui. 13,9: nuntius ei affertur. Ep. ad fam. 1,9: neque parenti nec patriae vim a. 4,3: mihi salutem a. 7,1: delectationem tibi attulissent. 7,13: mihi molestiam attulit. 9,21: Africano vim a. 10,5; 11,27: incredibilem mihi laetitiam attulerunt. 10,28: spem populo R. attulit. Ep. ad Quint. 1,1: laetitiam nobis, immo etiam posteris nostris afferet. 1,11: huic tuae voluntati ac diligentiae difficultatem afferunt publicani. 3,5: dignitas aliquantum orationi ponderis afferebat. Ep. ad Att. 3,26: literae mihi allatae sunt. 1,17: quod afferret Quinto fratri meo offensionem. De rep. 6,25: quod motum affert alicui. De nat. deor. 2,23: utilitatem generi afferret humano. Pro Flacc. 40: aeternas tenebras huic urbi a. B. cum

praepositione: De inv. 2,17: ad hanc iudicationem argumentationes omnes afferri oportebit. De orat. 2,44: ad caussam a. 3,38: ad illustrandam orationem a. Pro dom. 32: ad immortalitatem a. In Caecil. div. 8: a. ad iudicia. Pro Mil. 1: ad caussam animi magnitudinem a. Ep. ad fam. 9,19: aures ad te afferam. Pro Flacco 40: tu salutis auxilia ad me et ad senatum attulisti. De fin. bon. 5,4: maximam materiam ad rerum cognitionem attulerunt. In Verr. 3,28: quidquid ad recuperatores attulisset. Ep. ad fam. 9,20: famem ad ovum a. Ep. ad Attic. 8,11: pacis condiciones ad te a. 11,15: eequid tu ad ea afferas. 12,49: ad me mandata et literas attulerunt. De off. 1,1: quam ad rem magnum attulimus adjuvmentum. Verr. 5,3: aper ad eum allatus est. In Pison. 19: nuntius ad eum allatus est.

Affigere. A. cum dativo: De orat. 2,87: ea animis affigi nostris. Ep. ad fam. 1,8: me sibi ille affixum habebit. De nat. deor. 3,23: Minerva, cui pinnarum talaria affigunt. Tusc. 3,28: huic generi malorum non affigitur illa opinio. Tusc. 5,3: Prometheus affixus Caucaso. B. cum praepositione: Pro Rosc. Am. 20: literam illam ad caput affigent.

Affingere. Orat. 22: probam orationem affingit improbo. Timaeus 6: ei manus affinxit. Pro leg. Man. 4: affingere alicui falsam laudem. Or. 3,9: tantum alteri affinxit.

Aggredi. De orat. 2,72: ad caussam a. Pro Flacco 15: aggrediar ad singulas civitates. Pro Sext. 2: aggrediar ad illa maxima. Pro Balb. 7: aggrediar ad jus caussamque. De nat. deor. 1,21: antequam aggrediar ad ea. 3,33: ad disputationem a. Mur. 7: ad petitionem consulatus a.

Aggregare. In Vatin. 10: filium ad interitum patris a. Ep. ad fam. 1,9: voluntatem suam ad dignitatem a. Pro Mur. 7: in numerum amicorum a.

Allegare. Ep. ad fam. 15,4: ut philosophiam ad te allegem. 15,10: allegaram ad te illos.

Allicere. De inv. 2,52: ad aliquid allicere. Orat. part. 35: ad misericordiam allicientur. Off. 2,6: ad utilitates a. Quint. 3: ad cognitionem a.

Alligare. A. cum dativo: Pro Rosc. Am. 9: homines nobiles alligat iis. B. cum praepositione: Verr. 2,5,28: aliquem ad palum a.

Adnectere. A. cum dativo: De inv. 1,18: exordium annexum orationi. B. cum praepositione: De nat. deor. 2,54: ad linguam stomachus adnectitur.

Annumerare. A. cum dativo: In Caecil. div. 17: pecuniam mulieri a. De opt. gen. or. 5: verba lectori a. Brut. 57: his duobus annumerabatur nemo tertius. Div. 2,1: his libris adnumerandi sunt sex de republica. B. cum praepositione: Pro Rosc. Am. 32: in grege annumerari.

Appellere. De orat. 2,37: mentem ad philosophiam a. In Verr. 4,46: classis ad eum locum appulsa. 2,18: classem ad Delum a. 2,5,28: alios ad Siciliam appulsos esse. Ep. ad Att. 13,21: cum ad villam nostram navis appelleretur.

Applicare. De inv. 1,25: occupatio ad aliquam rem applicata. Verr. 2,1: se ad amicitiam a. Pro Cluent. 16: ad eorum familiaritatem se applicare. De inv. 2,9: ad aliquam rem applicata occupatio. De inv. 2,51: navem ad eum applicarunt. De fin. bon. 2,12: ut ad honestatem applicetur voluptas.

Apponere. A. cum dativo: Tusc. 4,18: qui vitiis modum apponit. Verr. 2,10: a. sibi praevicatore. Tusc. 5,32: abduxit legatos ad coenam: iis apposuit tantum quod satis esset. B. cum praepositione: In Pison. 30: qui non notam apponas ad malum versum.

Apportare. Verr. 1,21: ea populo Romano apportavit.

Appropinquare. A. cum dativo: Phil. 4,4: illi poena, nobis libertas appropinquat. B. cum praepositione: De fin. bon. 4,23: qui ad summam aquam appropinquant.

Arridere. Ep. ad Att. 13,21: Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet. (arriserat = placuerat.)



**Arrogare.** De inv. 2,18: potestatem sibi a. Brut. 85: sibi arrogare. Pro Quint. 18: tu id tibi arrogas. Ep. ad fam. 4,1: ego tibi tantum tribuo, quantum mihi arrego.

**Ascendere.** Brut. 68: ad honores asc. Orat. past. 4: ad majora ascendere. Or. 2,24: in murum ascendere. Ep. ad Att. 1,13: in castellum. 4,2: in concionem. Ep. ad fam. 15,4: in oppidum. Or. 36: in tantum honorem. Pro Cluent. 55: in summum locum a.

**Assentire, assentiri, assentari.** De inv. 1,31: res, quibus assensit. ib. quum rebus non dubiis esset assensum. 1,32: ei rei recte assenserit. 2,3: ne cui rei temere assenserimus. De orat. 1,24; 1,28: assentiri alicui. 2,57: assentior Antonio dicenti. Brut. 86: tibi assentior. ib. Bajae tibi assentantur, (figurate dictum pro: tibi utilitati sunt.) Pro dom. 4: quum mihi est assensus. In Caecil. div. 1: quod tacitus tu mihi assentiare. Pro leg. Man. 16: ut ejus voluptatibus cives assenserint. De prov. cons. 10: vobis assentior. Phil. 6,5: clamori assentior. 11,6: sententia assentior. Ep. ad fam. 1,1; assentiri Volcatio. 4,4: tibi assentior. 7,12: Pansae assentari. 7,22: Scaevolae et Testae assentior. 12,22: senatus mihi est assensus. Ep. ad Quint. 2,1: Philippus assensit Lentulo. Ep. ad Att. 14,19: assentior Servio. 16,17: Pisoni est assensus. Acad. prior. 2,43: neutri assentiens. De leg. 1,3. huic assentior. 1,21: assentiris Antiocho familiari meo. 2,13: istique rationi potissimum assentior. 2,18: Platoni prorsus assentior. De fato 10: assentiri Epicuro. Brut. 10: ut huic generi mortis potius assentiar.

**Assidere.** A. cum dativo: In Pison. 32: quum Lentulo consuli, auctori salutis meae, assideret. In Verr. 2,34: qui nobis assidet. Pro Planc. 11: huic assident. B. cum praepositione Or. 1,22: assidere in schola. Div. 2,3: in bibliotheca assedimus.

**Assignare.** Brut. 19: Attico assigna. Pro Mil. 2: ut mortem virtuti potius quam felicitati assignetis. Pro Post. 10: nec id homini sed tempori assignandum putavit. Phil. 2,17: duo milia jugerum alicui assignare. Dom. 44: alicui inferiorem partem aedium a. Ep. ad Quint. 1,4: improbitati et sceleri a.

**Assilire.** De or. 2,53: assiliendum est ad id genus orationis.

**Assistere.** In Verr. 2,26: ad fores a.

**Assumere.** A. cum dativo: De inv. 2,3: artis sibi curam assumebat. 2,33: sibi a. De or. 1,12: tractationem orationis sibi assumet. 1,42: philosophi sibi assumunt. 1,50: artem sibi assumere. Brut. 53: sibi potentiam assumere. Pro Planc. 23: ut eorum reprehensionem vos vestrae prudentiae assumere debeatis. Pro Sull. 30: quod in his caussis non auctoritati assumam. B. cum praepositione: Orat. 62: ad caussas a.

**Attendere.** De leg. agr. 2,15: attendite animos ad ea, quae consequuntur.

**Attinere.** Pro Rosc. Am. 43: ad me attinet. Verr. 2,23: ad me att. Ep. ad fam. 3,8: ad legatos attinet.

**Attribuere.** De inv. 1,6: oratori attribuere. 1,24; 1,42: quod personis aut quod negotiis est attributum. ib. personis res attributae. ib. nomen unicuique personae attribuitur. 1,25: quae negotiis attributa sunt. 1,43: res sunt signo attributae. 1,52: enumerationem ei totam attribuere. 1,52: legi, loco, urbi, monumento attribuetur oratio. 2,3: infirmitati est attributum. 2,9: res, quae personis attributae sunt. 2,11: animi affectioni a. ibid. res negotio sunt attributae. 2,30: sibi attribui; ib. homini caussam attribuit. De or. 2,3: hoc Caesari, utrique nostrum attribues. Ep. ad Att. 2,1: quod Catoni et ejus aemulatori attribuis Servitio.

## II. Verba cum praepositione „ante“ composita.

Verba cum praepositione »ante« composita talem significationem accipiunt, ut indicetur aliquid contra aliquid esse. Si autem substantia contra alteram substantiam ponitur, id plerumque aut appropinquandi aut comparandi causa fit, quae actiones finem in tertio casu habent. Leguntur autem apud Ciceronem antecedere, antecellere, anteferre, anteire, anteponere, quae verba ubique tralato sensu cum dativo conjuncta sunt. Praepositio geminata nusquam reperitur. Neque abhorret ab usu Ciceroniano ratio, qua scriptores posterioris temporis in his verbis adhibendis usi sunt.

